tioni; nam tunc juxta auctoritates pro objecto allegatas, nisi ex publicis Instrumentis constaret de actuali integra numeratione pecuniarum debitarum pro terminis decursis, decretum irritans appositum in Litteris Apostolicis operaretur Pensionis revolutionem; sed vertitur inter Propatruum Titularem consentientem, et Pronepotem, quo casu, ex quo decretum præfatum qualificat Gratiam respectu Successoris, ac Beneficii, ut in individuo respondi Rot... non relevatur idem Titularis à solutione, et si nullos terminos persolverit; nam cessante ratione prohibendi, quæ, ut dixi, indemnitatem dumtaxat Successoris respicit, consequens est, ut deficiat ipsamet prohibitio, etc.»

«Rationem verò prohibendi fuisse tantum indemnitatem Beneficii ac Successoris in illo, triplici argumento suadetur; et primo quidem, quia cum Pensiones istæ Beneficio pleno ut plurimum reservari soleant favore sanguine conjunctorum, nec non amicorum; ideo ad eradicandas fraudes, et collusiones quæ de facili committi possent, juxta stylum Romanæ Curiæ adjici semper in Litteris Apostolicis consuevit memoratum decretum annullativum ad hoc, ut Pensio verè realiter, et cum effectu persolvatur Gonzal... Tondut... Card. de Luc... Unde æquum non est, quod decretum illud opituletur Titulari reservationi consentienti, vel quia ob non factas præstitutis temporibus solutiones, oritur præsumptio simulationis usque a principio, et elicitur animus supplantandi Successores, et sic Ille impugnando ex hoc capite Pensionem videtur fateri propriam turpitudinem, et apertam simulationem, quæ ubi habet admistam fraudem, in jure non toleratur, neque potest allegari a Simulante, etc.»

«Vel etiam, quia si à Pensionario urgeri nequiret ad promissam Pensionis solutionem, sequeretur, quod ab ejusdem arbitrio absolute penderet validitas, vel invaliditas reservationis, quod neutiquam est permittendum, etc.»

«Secundo, quia licet virtute dicti decreti requirantur effectivæ solutiones factæ à Titulari consentiente reservationi ex insinuato motivo obviandi fraudibus, quibus per-

sæpè materia hæc obnoxia esse reperitur; nihilominus sola confessio de recepto, alioquin insufficiens ad gravandum Successorem prodest Pensionario agenti contra eundem Titularem, quod apprimè ostendit vim decreti irritantis Titulari, conditionem implere debenti, ac recusanti non suffragari, illudque esse appositum in gratiam Successoris in Beneficio, cui Pontifex consulere intellexit, etc.»

«Tertio, demum ex eo quia recensitum decretum appositum in Litteris Apostolicis non simpliciter disponit, et annullat Pensionem, si Titularis non solvit, sed resolvitur in modum Limitatum; ita ut quamdiu Titularis vixerit, et Rectoriam retinuerit, conditio existat in statu valido, et ob eam gravetur, ut in puncto dixit Rot... propterea què, ne jus exinde Pensionario quæsitum efficiatur inutile, actionem sibi competentem poterit semper experiri. Quod si contrarium dicendum esset et hujusmodi jus Titularis vivente non esset exercibile, etiam in illius vita contra Pontificis mentem Pensio extingui posset, etc.»

§ 194

Aquelle rigor das provas da solução em toda a vida do titular, que no seu beneficio pleno impoz e consentiu a pensão (§§ 191 e 192), o moderou o Card. de Luc., *de Pension. ad ornat. Const. Innoc. XI*, Cap. 8, n. 12, 13, e 14, dizendo: «Super ista vero probatione solutionis veræ et effectivæ, quamvis DD., loquendo pro frequenti usu, ac pro maiori, ac tutiori cautella, præsupponant illam sequi debere per publicum Instrumentum, quod contineat veram, et effectivam numerationem pecuniæ coram Notario, et testibus, nihilominus non videtur ista probationis forma precise, et taxavite desiderata, sed sequi qui potest etiam per depositionem testium, aliasque species probationis, quæ concludens, et perfecta dici valeat.

«Rigor item istius decreti adjici soliti super concludenti probatione veræ, et effectivæ, et integræ solutionis omnium terminorum, adeo extensus est, ut capiat etiam illos

terminos, qui maturant de tempore in quo Titularis Pensionis debitor nullos percepit fructus, ex quibus hanc solutionem facere debet, etc.»

Nota: No mesmo Card. de Luc., *de Pension.*, Disc. 6, 7, 8, 9, 84 e 90, se verão varias hypotheses em que o mesmo cardeal por outras provas e admiculos urgentes defendeu, satisfeita a clausula referida em favor dos pensionarios contra os successores nos beneficios, apesar das objecções d'estes, e de não haver aquellas rigorosas provas por escripturas, etc. Confira-se tambem Tondut., *de Pension.*, Cap. 50, a n. 52.

CAPITULO XXI

Quando se extingue a pensão por crimes ou irregularidades dos pensionarios

§ 195

Non alia in jure leguntur crimina, quibus perdatur Pensio Beneficiaria, quam ista: 1.° Hæresis, Cap. 9, *de Hæret*... 2.° Sacrilegium in Cardinalis personam quoquo modo commissum, Cap. 5, *de Pœn.*, in 6... 3.° Sacrilegium in personam Episcopi quoquo modo commissum, Clement. 1, *de Pœn*... 4.° Obstinata in concubinatu perseverantia, Cap. 14, Sess. 25, *de Reformat*... Ex relatis sub hac Regula casibus, primus et quartus solos respiciunt Clericos: cæteri tam Laicos quam Clericos.» Assim Gibert., *Corp. Jur. Canon.*, Tom. 3, *de Benefic.*, Tit. 9, Sec. 7, Reg. 32, pag. (mihi) 103.

§ 196

O Card. de Luc., *de Pension.*, in summ., n. 64, diz mais amplamente: «Per ea vero crimina Pensio Ecclesiastica amittitur, per quæ resultat vacatio Beneficiorum, quorum jure in proposito illa regulantur; ideoque si crimen

aptum non est ad Beneficiorum amissionem, multo minus ad illam Pensionum. In beneficio autem ea solum crimina hunc effectum ipso jure causant, in quibus ita expresse in jure statutum; puta ob Simoniam, Sacrilegium, Stuprum Monialis, falsificationem Litterarum Apostolicarum, hæresim, assassinium, et similia; de quibus in Beneficiorum sede; secus autem pro aliis, in quibus id statutum non sit, quamvis de homicidio voluntario agatur, vel simili delicto inducent quidem justum motivum, ut Judex in pœnam hanc privationem decernere valeat.»

Nota: Estes e outros casos em que o beneficio se perde *ipso jure*, se podem ver em Luc. Ferrar., verbo *Beneficium*, Art. 7, a n. 32, Osor., *de Patron. Reg.*, Resol. 38, a n. 27: «Plures tamen sunt casus in quibus ob diversa delicta quis non est ipso jure privatus sed venit privandus per sententiam; prout est homicida, publicus Concubinarius, Sacrilegus, Incendiarius, perjurus, banitus, et alii, etc., Osor., supra, n. 66».

§ 197

Quanto aos pensionarios incursos em irregularidade: Eis-aqui o que diz e prova Luc. Ferrar., verbo *Pensio*, n. 57: «Irregularis, quod sit incapax obtinendæ, et retinendæ Pensionis, tenent Barbos... Ugolin. Zerol. Sayr. Avil., ab eo citati, Ventrigl., Tom. 2, Annot. 11, § 2, n. 20. At quod Irregularitas non causet amissionem Pensionis, tenet expresse Card. de Luc., *de Pension.*, Disc. 47, n. 11, dicens, quod neque homicidium voluntarium, vel aliud crimen quamtumvis majoris Irregularitatis inductivum, hujusmodi effectum producit, citans ad id Rotam in Perus., Penson., etc. Et de facto Fagnan., L. 1, Decret. in Cap. Ad audientiam 31, *de Rescript.*, n. 134, refert Sacram Congregationem Concilii die 11 Julii 1577, et iterum de mente Sanctissimi die 8 Augusti; eodem anno respondisse, quod Clericus homicida voluntarius, ejusque Socius obtinere, et obtentas retinere potest Pensiones absque Dispensatione, non obstante Cap. 7, Sess. 14, Con-

cil. Trident., et sic tenent Leuren., *in For. Benefic.*, P. 3, Q. 640, etc.»

Do banido e condemnado a morte civil, já vimós a § 188.

CAPITULO XXII

Extincção da pensão que excede 60 ducados se o pensionario não usa de habito e tonsura

§ 198

Foi determinado na constituição de Sixto V, que principia *Pastoralis*, a 92.ª datada em 31 de janeiro de 1589, que todo o pensionario, que em qualidade de clerigo percebe pensão excessiva de 60 ducados de oiro da camara, não usa de tonsura e habito clerical, a sua pensão, ipso facto, sem outra declaração, se annulla e se extingue, Clericat., *de Pension.*, Discord. 8, n. 18, transcrevendo no n. 21 uma decisão da rota, concebida n'estes termos: «Justitia Sententiæ contra Pensionarium emanatæ visa fuit satis clara; quia cum Franciscus de Mello ab anno 1602 postea usque ad annum 1612, incesserit in habitu sæculari, dimissa ac deserta Clericali Tonsura, Pensio ipso jure remansit extincta, absque alia citatione, aut Judicis decreto juxta dispositionem Constitutionis Sixti V» (aqui se referem outras muitas decisões conformes, e continua esta): «Incessus autem Francisci in sæculari habitu probatur ex testibus, qui deponunt eum in militaribus Classibus pallio, et ense præcinctum inservisse absque delatione habitus Clericalis, etc. Unde sequitur juste per sententiam fuisse pronuntiatum Dominum Archiepiscopum non teneri amplius ad solutionem dictæ Pensionis jam extinctæ».

Confiram-se o Card. de Luc., *de Pension.*, Disc. 48, n. 7, Leuren., *de For. Benefic.*, P. 3, Q. 742, Ferrar.,

verbo *Pensio,* n. 72, e o nosso Barbos., *de Jur. Ecclesiast.*, L. 3, C. 11, n. 49, aonde declara, ut ibi: «Requiritur tamen, quod spatio tanti temporis in habitu sæculari incesserit, ut communi opinione reputaretur Laicus.»

O mesmo Barbos., *de Jur. Ecclesiast.*, L. 1, Cap. 40, tratando desde o n. 28 da dita constituição, declara no n. 32, ut ibi: «Multis tamen modis præfatæ Sixti V Constitutiones restringuntur earumque pœnæ locum non habent, ut in sequentibus Limitationibus. Primo in Clerico, qui semel habitum dimisit; is enim propter unam habitus dimissionem non debet beneficio privari; quia in eisdem Constitutionibus, requiritur. Ut tantum perseveret, quod publice pro laico existimetur, etc.»

Nota: Outras limitações se podem ver no mesmo Barbos., dito C. 40, a n. 33 ad 38.

CAPITULO XXIII

Extingue-se a pensão pelo episcopado, profissão religiosa, matrimonio, milicia secular, officio de escrivão; e se o pensionario, passando a esses estados, se não prevenir antes com indulto para continuar em perceber a pensão. Como deva prevenir-se?

§ 199

Pelo episcopado se perde e extingue a pensão, e ainda mesmo a faculdade que o bispo tinha de transferir a pensão, nos termos que ficam declarados nos §§ 173 e 174. Conf. Barbos., *de Jur. Ecclesiast.*, L. 3, C. 11, n. 38, Tondut., *de Pension.*, Cap. 73. Pela profissão religiosa tambem se extingue a pensão, que o regular havia obtido antes da Profissão, Barbos., supra, n. 39, Luc. Ferrar., verbo *Pensio,* n. 63. Pela morte do titular que consentiu na pensão imposta pelo bispo, Ridolfin. *in Prax. Cur. Roman.*, P. 2, C. 9, n. 168.

§ 200

Perde-se e extingue-se a pensão, obtida em estado clerical, pelo matrimonio, que depois contrahe o pensionario ou case com virgem ou viuva, Tondut., *de Pension.*, C. 75, a n. 4, Rigant., ad Reg. 58, Cancell., a n. 1, Luc., *de Pensionib. in Summ.*, a n. 51. Amplia-se, 1.°, aindaque o matrimonio só seja contrahido por palavras de presente, sem copula ou consummação subsequente, Tondut., n. 12 e 13. Amplia-se, 2.°, aindaque a conjuge depois do matrimonio rato, eleja a vida religiosa no himestre, Tondut., n. 16. Amplia-se, 3.°, aindaque o matrimonio seja nullo. Mas aqui ha uma distincção: Se o matrimonio é nullo, ou porque contrahido sem as solemnidades do concilio, ou porque contrahido com impedimento dirimente, etc., então perde a pensão só pelo mesmo facto de contrahir o matrimonio; se foi nullo *ex defectu consensus*, então não a perde; v. Tondut., dito C. 75, Rigant., ad Reg. 58, Cancell. a n. 44. Quid pendente a demanda sobre a validade do matrimonio, defendendo o pensionario mesmo a nullidade? Vid. Tondut., supra; a n. 36, Rigant., n. 46. Se o matrimonio é contrahido por violencia, por medo ou por um fatuo. Vid. Tondut., Cap. 76, et ad omnia in hoc § vid. Luc., *de Pension., in summ.*, a n. 51, Ridolfin., *in Prax. Cur. Roman.*, P. 2, Cap. 9, a n. 143, Sabell., § *Pensio*, n. 20.

§ 201

Pela milicia secular: O pensionario, que tendo obtido a pensão em qualidade de clerigo minorista, se alista soldado e jura bandeira, é visto renunciar tambem o estado clerical, e a pensão que n'esse e para esse estado se lhe concedeu, Tondut., *de Pension.*, C. 78. E isto, aindaque não chegasse a entrar em batalha; e ainda independente de ser admoestado, que dimitta a milicia, se quer conservar a pensão, Luc., *de Pension.*, Disc. 46, a n. 8, Rocc.,

Selectar., Cap. 191, a n. 5, Piton., *Discept. Eccles.*, 144, n. 17, Rigant., ad Reg. 45, Cancell., § 2, n. 109. De fórma que, aindaque o pensionario antes de accusado deixe a milicia, não recupera a pensão que perdeu ipso jure pela milicia, nem torna a reviviscer, Ciarlin., Controv., For. 36, a n. 41, Barbos, *de Jur. Ecclesiast.*, L. 3, C. 11, sub n. 5, Luc. Ferrar., verbo *Pensio*, n. 59, Torr., *de Pact. fut. Success.*, Dec. 17, a n. 4; a menos que os clerigos (como ha pouco experimentámos) se não proponham a defeza da patria, do reino, da religião, Luc., *de Pension.*, Disc. 46, a n. 13. Veja-se Barbos., *de Jur. Ecclesiast.*, L. 3, C. 14, a n. 31, aonde declara o exposto n'este §.

§ 202

Se a pensão se extingue pelo officio de escrivão dos processos civis e crimes, disputa largamente o cardeal de Luc., *de Pension.*, Disc. 47; e apesar das decisões contrarias, vem a assentar, que a pensão se não perde pelo exercicio d'este officio. Porém em contrario se vê decidido na rota romana post Torr., *de Pact.*, Decis. 212, que sendo escrivão de crimes, aindaque, *per accidens*, não tenha escripto n'elles, perde a pensão.

§ 203

Nos casos pios, em que pelo episcopado, profissão religiosa, matrimonio e milicia secular se perde *ipso jure* a pensão, o pensionario que premedita a mudança de estado póde impetrar breve apostolico para n'esse ou qualquer estado perceber a pensão; mas deve impetra-lo antes que effectivamente passe a diverso estado. Não o cumprindo assim, e não se premunindo antes, perde a pensão, e impetrando depois o breve, é necessario que narre e relate a precedente extincção, para se lhe conceder, como de novo, a pensão, e nos termos que expõe o Card. de Luc., *de Pension., in summ.*, a n. 60, ibi:

«Nisi tamen super his omnibus occurratur per Dispensationem Apostolicam, quam Pensionarius re integra, et antequam amissioni per dictum statum incompatibilem locus fiat, potius, tanquam præservativum remedium, per quod occurratur futuro damno, ne incurratur, quam per remedium curativum post illud incursum, cum tunc verum onus importare dicatur, novæque reservationis speciem redoleat; ideoque specialem exigit mentionem. Atque si plura sunt impedimenta, super omnibus Dispensatio obtinenda est; neque obtenta super uno prodest pro alio, quamvis identitas ac maioritas rationis accedat.»

Confira-se mais largamente, e em hypotheses particulares, o mesmo Luc., *de Pension.*, Disc. 43, a n. 5, Discurs. 45, n. 7, Discurs, 75, n. 11.

§ 204

Sim diz o mesmo Luc. *de Pension.*, *in summ*, n. 63, que: «Hujusmodi Dispensatio novum non producit onus; ideoque desideranda non sunt ea, quæ in novi oneris, vel Pensionis reservatione necessaria sunt, minusque cessant priores cautiones, ac pacta, cum eadem sit, atque continuet Pensio; ita præservata per obstaculi præventivam remotionem ab ea extinctione, quæ alias sequi debuisset»; pois, e como *per se patet*, se entende, quando antes da mudança do estado clerical, e na existencia d'elle, se impetra preventivamente novo breve para depois perceber a pensão *in quocumque statu*, ou em tal ou tal estado. Quando porém o pensionario sem essa prevenção passa a diverso estado, e assim extincta *ipso jure* a pensão a impetra depois, ella é como nova; dependente de novo consentimento do titular, *maximè* tendo este protestado a extincção; e sem esse novo consentimento se não concede *Sanatoria*, ou *Perinde valere*, Rigant., ad Reg. 45, Cancell., § 2, n. 102, 103, 104 e 108 (confira-se o Cap. 15).

§ 205

Só sim ha aqui uma especialidade, que sùpposto a pensão se não possa exigir *nisi Litteris expeditis*, e se extingue exigindo-se antes (Cap. 19); se esta dispensa (a § 203) se impetra em tempo habil antes da mudança do estado, e antes de extincta a pensão, n'este caso diz Rigant. ad Regul. 52, Cancell., n. 45, § 46, ut ibi:

«Sed si Litteris præfatis jam expedito, obtineret Pensionarius Dispensationem retinendi eandem Pensionem in statu Conjugali, aut Regulari, eamque exigeret, non expeditis hujusmodi Dispensationis Litteris, Pensio non remanet extincta, quia Decretum super nullitate Pensionis solum apponitur in illius Reservatione, non autem in retentione, eoque proinde cessant, nullitatis pœna ex vi hujus Regulæ non inducitur, etc.»

§ 206

Deve emfim aqui notar-se, que em esta dispensa para obter a antecedente pensão clerical, depois no estado do matrimonio, só se entende do primeiro, e não do segundo «nisi talis adsit clausularum, ac verborum amplitudo, quod etiam capiat plura matrimonia, eorumque reiterationem», Tondut., *de Pension.*, Cap. 78, n. 38, § 39, Luc., *de Pension.*, Disc. 45, n. 4, § 5. Se a dispensa para perceber a pensão em certa qualidade de milicia, se estende a outra, vid. Luc., *de Pension.*, Disc. 46. A regra geral é, que toda a dispensa deve receber interpretação restrictiva e não extensiva. Vid. Luc., *de Pension.*, Cap. 43; mas confira-se Barbos., Vot. Decisiv. 58.

CAPITULO XXIV

Extingue-se a pensão pela remissão, renuncia e cessão gratuita em favor do titular; mas não por compra ou preço. Quid vero por transacção entre o pensionario e o titular?

§ 207

«Sciendum est, etiam esse in facultate Pensionarii sine Licentia Apostolica cassare, remittere, extinguere, et diminuere Pensionem, ex quo talis extinctio est ad favorem Ecclesiæ, et per eam Beneficia ad pristinum libertatis statum reducuntur; etiam si fiat per viam transactionis; dummodo tamen non interveniat pretium, aut pecunia, quia hoc casu saperet simoniam et sine licentia Apostolica minime permitteretur. In hujusmodi autem diminutione et extinctione fieri non potest aliquod pactum, per quod, vel ob non solutionem residui, vel ex alia causa reviviscat Pensio diminuta, aut extincta, etc.» Confiram-se Rocc. Selectar., Cap. 49, a n. 101. Assim Torr., *de Pact. futur. Succes.*, L. 3, C. 8, a n. 47. *Quid* se o pensionario tem crédores, a que em consequencia prejudica? Vid. Rocc. Select., C. 49, a n. 82, Salgad., in Labyr., P. 1, C. 43, Tondut., *de Benef.*, P. 1, C. 35.

§ 208

Benedicto XIV pela bulla *In sublimi*, datada de 1741, transcripta em Rigancio a Regr. 45 da chancellaria, § sub n. 182, prohibiu o que d'ella sacou Rigant., á dita Regr. 45, § 2, sub n. 34, nota (a), ut ibi:

«Maximum, qui irrepserat abusum resignandi Beneficia ad favorem cum reservatione Pensionis, et cum arcano, et clandestino pacto eam cassandi, et extinguendi, certa conventi pecuniæ quantitate, posteaque obtinendi signari a Pontifice supplicationem pro cassatione, atque extinctione ejusdem Pensionis per anticipatas solutiones facienda, præ-

cedenti reticita, conventione, Pastorali sollicitudine tollere, et penitus abolere cupiens Smũs D. N. Benedictus XIV. Constitutione edita... pactum hujusmodi, veluti simoniacam Labem redolens, improbavit, et Gratiam Cassationis, seu extinctionis Pensionis per anticipatas solutiones, nulla facta de præcedenti pacto mentione, à Pontifice reportatam, tanquam subreptitiam, ab dolosa calliditate obtentam, nullam, irritam, et inanem declaravit, nonnullis præscriptis pœnis contra Resignantem, et Resignatarium. Omnes itidem Cassationes, et extinctiones Pensionum, etiam vigore Supplicationis manu Pontificis signatas, quas in posterum intra sex menses a die captæ possessionis Beneficii per Resignatarium computandos fieri contigerit, etiam si nullum præcedens pactum intervenisse inter partes probari possit, tanquam per subreptionem, et fraudes obtentas, revocavit, et abolevit, decernendo insuper, quod sub laudata Constitutione comprehendantur Cessiones omnes, seu translationes in ipsum Resignatarium, aut in aliam Personam, commodi, seu utilitatis percipiendi fructus Pensionum hujusmodi; necnon alias quascumque Cessiones, Translationes, Resignationes, Extinctiones, Abolitiones, quovis modo, titulo, nomine, colore, et auctoritate per anticipatas solutiones, seu repræsentata pecunia factas intra dictum tempus sex mensium, et etiam ultra id temporis spatium, dummodo reprobum illud, et detestabile pactum præcessisse constiterit.»

§ 209

Quanto á transacção sobre a pensão entre o pensionario e titular, eis-aqui o discurso de Urceol., *de Transact.*, Q. 25, desde o n. 19 até o n. 15.

«Transactio facta super Pensione constituta, seu reservata per aliquem ex causa resignationis beneficii, non tenet, non accedente Apostolica auctoritate, quia aliàs esset in facultate Partium hoc modo super Beneficiis quandam servitutem et onus imponere, et constituere, quæ caderet sub prohibita alienatione, Tondut., *de Pension.*, C. 24,

n. 20, Luc., *de Pension.*, Disc. 11, n. 7, Rot. apud Post., *de Manut.*, 278, etc.»

«Aliter vero concludendum esset, si Transactio facta fuisset super Pensionis diminutione, reductione, et extinctione; quo casu, cum actus diceretur Licitus, et validus; utpote diminuens onus, et concernens potius Ecclesiæ favorem, et utilitatem, tunc licitum esset per concordiam facere talem reductionem, etiam absque Beneplacito Apostolico, dummodo gratis fieret, non autem interveniente pecunia, vel alia re temporali; idem Luc., *de Pension.*, Disc. 11, n. 9 et 10... Et in specie reductionis ex causa litis super nullitate Pensionis, eadem Rot... Et propterea sæpius judicatum fuit etiam in solvenda Pensione, ubi lis judicialis, vel extrajudicialis controversia adfuisset super valutatione monetæ, quæ postea per concordiam composita fuisset in certa uniformi, ac invariabili quantitate monetæ regionis solvenda, tunc transactio sustinetur, etc.»

«Illud vero notandum est, compositio facta de solvenda minori Pensione cum Rectore ratione paupertatis non transit ad successorem; Secus vero si facta fuisset, quia esset nimis onerosa Beneficio non valenti tantum Pensionem supportare, ob cujus gravamen Rectore agere posset contra Pensionarium ad illius reductionem; et fortius si jam esset lis super prætensa reductione introducta, hoc enim casu, quia Beneficium est minus gravatum, et istud gravamen transit cum ipso Beneficio; proinde hac de *Causa* facta cum Rectore transigente non extinguitur per illius mortem, sed transit ad Successorem.»

Conf. Valeron., *de Transact.*, Tit. 3, Q. 3, a n. 51, limitando no n. 54 com Garcia e outros: «Ut non possit transactione nec alio modo Pensio remitti sine auctoritate superioris, quando quis ad Titulum ejus esset ad sacros ordines promotus; quia donec Beneficium Ecclesiasticum, unde vivat adeptus sit, non potest Pensionem remittere». Conf. Rigant., ad Reg. 24, § 5, n. 159.

§ 210

Exceptuados estes casos procede a regra, de qua Salgad., *in Labyr. Credit.*, P. 4, Cap. 6, n. 47, ibi: «Quando Pensio a Papa concessa fuit, si ex aliquo defectu sit nulliter constituta, vel expost facto nulla reddatur, et resolvatur ex defectu conditionis appositæ, sub qua ipsa Gratia fuit expedita, ita ut consolidetur cum titulo Beneficii, et legitime extincta sit; quamvis inter Pensionarium et Titularem fiat concordatum de solvenda, et exigenda Pensione, et continuent, preseverent, et consentiant in executione concordati inter eos initi, nullo modo revalidatur Pensio semel extincta ex defectu novæ Gratiæ, quæ ad id præcise requiritur Auctoritate Apostolica, cum renovatio, et convalidatio hæc non pendeat a sola voluntate, et consensu Partium, sed simul et principaliter à Papa. «Confira-se Torr., *de Pact. futur. Succession.*, Liv. 3, Cap. 8, a n. 51, digno de ser visto.

CAPITULO XXV

Quando se extingue a pensão, se o pensionario adquire o beneficio pensionado; se, dimittindo-o depois, renasce a antiga pensão

§ 211

Esta questão, depois de uma grande discussão, resolve Salgad., *de Labyr. Credit.*, P. 4, C. 6, n. 48 e 49, com esta distincção, ut ibi:

«Quando Pensionarius per assecutionem Beneficii, super quo habet Pensionem reservatam, extinguitur Pensio, quia legitime, et irrevocabiliter de Titulo ipsius Beneficii fuit provisus, et quamvis postmodum illud voluntarie di-

mittat, seu renuntiet, nullo modo reviviscit Pensio semel legitime extincta.»

«Quando Pensionarius adquisivit Beneficium sua Pensione gravatum, non perfecte, sed revocabiliter, et aliquo modo potest evinci, et ab eo avelli, nunquam consideratur extinctio Pensionis, sed semper durat, et perseverat, et potest juste eam exigere a novo possessore ejusdem Beneficii, etc.» Confira-se Sabell., § *Pensio*, sub n. 20, verbo *Quod Pensio extinguatur*, etc.

CAPITULO XXVI

Extingue-se a pensão reservada ao resignante quando elle usa do regresso ao beneficio resignado, e obtem. Quid, se póde usar do regresso pedindo a pensão decursa?

§ 212

Já desde os §§ 55 e 99 tratei dó regresso competente ao resignante, se o resignatario lhe não satisfaz a pensão reservada. Se pois o resignante por meio do regresso obtem reversão ao seu beneficio, não só se extingue pela *confusão* a pensão que elle havia reservado, mas toda e qualquer outra, que no meio tempo tivesse o resignatario imposto no mesmo beneficio, Tondut., *de Pension.*, Cap. 45, a n. 28, Cap. 52, a n. 27, Barbos., Vot. 126, n. 157, Torr., *de Pact. futur. Success.*, L. 3, C. 8, a n. 68 ad 74.

Nota: Se o que intentou regresso ao beneficio resignado se prejudica para não poder jamais pedir as pensões decursas? Se o que recebeu as pensões se prejudica para não poder jamais intentar o regresso? Vejam-se largamente Tondut., *de Pension.*, P. 1, Q. 10, tot.

PARTE IV

Acções activas e passivas entre o pensionario e titular

CAPITULO XXVII

Procedimento executivo ou monitorio com comminação de excommunhão competente ao pensionario contra o titular mesmo que consentiu na pensão, sua pratica; quaes excepções aqui se admittem ao titular, etc.

§ 213

Se as premissas da bulla da pensão não precisam de justificação, como nos referidos desde o § 80 até 85, §§ 87, 103, 110 111, e desde o § 121; ou se primeiro se tem justificado na fórma do Cap. 16, n'este supposto, independente de outra justificação e só com a sentença do executor que julgou a bulla conforme e exequivel, se fundamenta este monitorio e executivo. Se porém só com a bulla se procede contra o titular que consentiu na pensão, e sem a previa justificação das premissas (quando esta é precisa), então, ou o titular não impugna o procedimento ou o impugna: *Si prius*, procede o monitorio: *si secundum*, deve o pensionario justificar primeiro as premissas, Garcia, *de Benef.*, P. 1, C. 5, a n. 142, Tondut., *de Pension.*, C. 50, n. 4, maximè se o pensionario não está na posse, Garcia, supra, Salgad., *de Reg. Prot.*, P. 3, C. 3, a n. 33, et maximè quando o titular ao tempo

em que consentiu na pensão, não declarou que consentia na quantidade d'ella, como bem informado das forças e redditos do beneficio. Veja-se Tondut., *de Pension. ad ornat. Constit. Innoc. XI*, Cap. 16.

§ 214

A formula e a praxe d'este monitorio a expozeram Garc., *de Benefic.*, P. 1, Cap. 5, a n. 532, Salgad., supra, a n. 33, Barbos., *de Pension.*, Q. 7, a n. 1, ibi:

«In quolibet debito petendo, cui via executiva competit, debet Advocatus cavere *ne* verbis ad viam ordinariam spectantibus, puta, damnandi quoquo modo utatur, sed ad executivam proprie pertinentibus, hoc est, compellendi, solvendi... Unde praxis, et stylus Romanæ Curiæ ubique terrarum communi calculo observatus obtinuit, ut cum Judeo executor deputatus in Litteris Apostolicis Pensionis, procedere vult contra recusantem eam solvere, monitorium expediat cum clausula justificativa, ut scilicet solvat intra tot dies, aut infra illos compareat ad allegandam legitimam exceptionem; quo termino transacto, si nihil alleget, vel exceptiones producat illius qualitatis, quæ executionem retardare non possunt; tunc Judex executor declarat eum excommunicatum. De qua praxi, et stylo etiam in tota Hispania vigente testantur Garcia... Salgad... Nec tenetur in ferenda hujusmodi Sententia excommunicationis servare formam Decreti Concil. Trident., Sess. 23, *de Reform.*, C. 3, cum facultas illi data in Litteris Apostolicis excommunicandi morosum in solutione pensionis, non censeatur data in subsidium, ut refert decisum Nicol. Garc., d. C. 5, n. 587, etc.

«Post cujus excommunicationis declarationem, si Pars alleget exceptionem Legitimam, illa non potest impedire effectum Censuræ jam productum tempore habili, in quo nihil fuit oppositum, quod illum possit reprimere.»

Eis-aqui tambem a fórma do monitorio e sua praxe que

nos deixou escripto Begnudell., verbo *Pensio*, n. 57 e 58, ibi:

«Primo præsentantur coram Executore Litteræ originalis Pensionis tam gratiosæ, quam executoriæ, aut processus fulminatus, in quo ipsæ Litteræ sunt insertæ; quibus præsentatis, Pensionarius petit dari mandatum, seu monitorium in forma contra possessorem Beneficii Pensione gravati, pro tot ducatis sibi debitis ex terminis Pensionis decursis, quos Judex jubet solvi, et in eo insertis Litteris præsentatis, aut processu fulminato, mandat Possessori Beneficii quatenus in terminum aliquot dierum sub excommunicatione, aliisque ecclesiasticis Sententiis, Censuris, et pœnis etiam in Litteris Reservationis Pensionis expressis solvat Pensionario tot ducatos, sibi debitos, ex terminis Pensionis decursis, et infra eundem terminum doceat de solutione, et paritione alioquin dicto termino elapso compareat ad videndum, et audiendum, se incidisse, et incurrisse in excommunicationem, aliasque Sententias, censuras, et pœnas prædictas declarari, seu illas in eum poni, ac ad omnes, et singulos actus necessarios, ut opportunos usque ad sententiam, et expensarum taxationem, et sententiarum, ac pœnarum prædictarum aggravationem, et reaggravationem, brachiique secularis invocationem procedi, aut ad ostendendam solutionem, quietationem, vel rationem legitimam, quare præmissa fieri non debeant, ad quæ omnia citatur, etc. cum commminatione, seu certificatione, quod sive comparuerit, sive non, ad prædicta, et alia, quæ justitia suadebit, ejus absentiâ, seu contumacia non obstante, procedet, etc.»

«Hoc mandato intimato Possessori Beneficii, et in termino reproducto, Pensionarius accusat contumaciam citati, et non comparentis, quam Judex habet pro accusata; et si citatus consensit reservationi Pensionis, potest illam, sine alia verificatione, nisi reservatio esset conditionalis, dare contra citatum sententiam declaratoriam excommunicationis, qua declaret, eum incurrisse in excommunicationem aliasque censuras et pœnas in Litteris reservatio-

nis expressas ob non solutionem, etc. et condemnare eum in expensis.»

Tondut., *de Pension.*, Cap. 49, n. 16, quando se trata contra o proprio titular que consentiu na pensão, citando Garcia, P. 1, Cap. 5, a n. 532, segue a fórma do mesmo Garcia, qual a do nosso Barbosa acima transcripto; e continua Tondut. dando outras formulas, que coincidindo em parte com as de Begnudell., variam em outros accidentes.

Nota: Todos estes formulistas dos monitorios, ora suppõem sentenciadas as premissas da bulla, ora independentes de justificação, ora dependentes d'ella no mesmo processo executivo, etc. Rarissimo será o caso em que não dependam de justificação. Será pois mais curial justificar antes de tudo as premissas perante o executor, sentenciar-se a bulla conforme (para o que não é necessaria citação do titular, que consentiu na pensão); extrahir-se do processo uma sentença com o transumpto da bulla, etc. Com esta sentença sim se póde intentar o monitorio executivo com essas comminações, que se notam n'esses formularios, e com essa ordem de procedimentos, etc. Se se prepostera esta ordem, sacrifica-se o pensionario a que o titular se opponha no termo assignado com embargos e com tal infelicidade, que a final se recebe a appellação em ambos os effeitos, Luc., *de Pension. ad ornat. Constit.*, Cap. 16, a n. 1 ad 5, Salgad., *de Reg. Protect.*, P. 3, Cap. 3, a n. 23; o que se evita justificando-se primeiro tudo o que é necessario justificar-se para ser exequivel a bulla.

Esta sentença assim formalisada fica tendo successiva execução por todos os pagamentos vencidos e futuros. Tondut., *de Pension.*, Cap. 49, n. 24, e conduzem as geraes doutrinas de Arouc., na L. 39, ff. *de Leg.*, n. 20. Moraes, *de Execut.*, L. 3, C. 8, n. 8.

Já vimos no § 176, que a mesma via executiva (entendo, que depois de assim preparada) competente ao pensionario, compete ao translatario da pensão.

SECÇÃO I

Quando e quaes excepções se admittem n'esta via executiva ao titular, com ou sem suspensão da execução e da excommunhão; progressos da mesma via executiva

§ 215

«Sed tota Quæstio est (diz Barbos., *de Pension.*, Q. 7, a n. 5 ad 15) de exceptionibus infra terminum oppositis, an obstent executioni? In qua distinguendum est inter exceptiones intrinsecas nullitatis, seu subreptionis Pensionis, quæ ex ventre, et contextu Bullarum, vel in continenti probantur: et inter illas, quæ ab extrinseco sunt probandæ, et requirunt altiorem indaginem. In primo casu certum est, quod nullitas opposita facit cessare executionem juxta ea, quæ resolvit Gabr. Pereir., *de Man. Reg.*, Tom. 1, C. 9, n. 16 e n. 27, etc., evidens, et notoria nullitas dicitur illa, quæ constat ex actis, etc.

«Cessat etiam executio, quando probatio nullitatis, seu subreptionis allegatæ offertur in continenti; atque tunc dicitur facta in continenti, cum quis habet Instrumentum præ manibus, illudque offert, et ostendit sinè aliqua dilatione: Nulla enim est actio adeo privilegiata, etiamsi sit executiva, et possessoria, quæ si contra eam opponatur exceptio relevans; et in continenti probetur non suspendat ejus effectum... Et ideo consulerem Judici Executori in Lusitania procedenti, ut si Pars vigore Monitorii citata compareerit, et intra terminum Exceptiones produxerit, si relevantes fuerint, et admittendæ decem assignet dies intra quos si perfecte Pars eas probaverit, tenetur in executione suspendere: Idem quoque in Hispania (v. infra § 227).»

«In secundo vero casu, quando scilicet exceptionis hujusmodi ab extrinseco sunt probandæ, et non in continenti; ac proinde requirunt altiorem indaginem, tunc potest dictus Judex Executor eas ordinario remittere, ad quem spe-

ctat prima Instantia, ad hoc ut de illis plenarie cognoscat, etc.»

«Remissa in hoc eventu dictarum Exceptionum causa ipsi Ordinario, illaque coram eo pendente, non ob id tenetur Executor in executione supersedere nec Ordinarius illi potest inhibere, aut aliquo modo impedire potestatem, quam habet exequendi, etc.

«In jure enim constans est conclusio, quod executionem non impedit nullitas extrinseca, nec illa, cujus probatio requirit altiorem indaginem... Et hujusmodi possessorium executivum abhorret exceptiones requirentes altiorem indaginem, etc.

«Si vero cognoscat Judex exceptiones per calumniam oppositas fuisse, ut executio retardaretur malitiose (prout tales præsumuntur, quando ab extrinseco sunt probandæ, et non ex ventre, et contextu Bullarum, nec probatio offertur in continenti, ut in nostro casu) tunc non debet eas remittere, nec Ordinarii judicio discutiendas remittere, sed tenetur omnio rejicere.»

Na mesma distincção e especificação de casos coincidem Salgad., *de Reg. Protect.*, P. 3, C. 3, a n. 23 e a n. 51, Roz., *de Executor. Litterar. Apostol.*, P. 1, C. 15, n. 36 e 37, Garcia, *de Benefic.*, P. 1, Cap. 5, a n. 544, Osor., *de Patron. Reg.*, Resol. 17, a n. 1, e Resol. 63, n. 15 e 16.

* Emquanto Barbosa aqui auctorisa ao executor para elle mesmo rejeitar os embargos que lhe parecem calumniosos, sem os remetter ao ordinario (ou tratando-se de padroado de corôa, ao capellão mór), é impraticavel n'este reino; porque ou de o executor conhecer dos embargos, ou dé não os remetter ao ordinario, compete recurso á corôa, como prova e refere julgado Osor., *de Patron. Reg.*, Resol. 17, a n. 5. Só sim, e conforme a distincção de Barbosa póde conhecer d'elles, quando provados in continenti, para suspender a execução.

EXCEPÇÕES ESPECIAES QUE AQUI SE PODEM OPPOR

§ 216

Primeira: Que a graça não foi justificada (se devendo-o ser, o não foi antecedentemente), Begnudell., verbo *Pensio*, n. 56, optime Salgad., *de Reg. Prot.*, P. 3, C. 3, a n. 69, aonde, quando a graça foi condicional *Dummodo remaneant centum pro Rectore, etc.*, ou quando contém outras qualidades e condições que primeiro se devam verificar.

§ 217

Segunda: Quando se oppõe solução; Gig., *de Pension.*, Q. ult., Begnudell., verbo *Pensio*, n. 50, comtanto porém que se prove logo com quitações conforme o assento na Coll. 3, á Orden., L. 3, T. 87. Se se pedem pensões de muitos annos, basta mostrar quitações dos ultimos tres annos, para se presumirem satisfeitas nos antecedentes aos tres ultimos, ex L. Quiqumque Cod., *de Apoch.*, L. 10, Gig., *de Pension.*, Q. 81, Clericat., *de Pension.*, Discord. 14, a n. 2 (isto quando se trata contra o titular que consentiu na pensão ou successão; não tendo sido imposta em beneficio pleno). Se porém bastam quitações de tres ultimos semestres, para se presumirem satisfeitos os antecedentes é mais dubitavel, Gig., supra, e Menoch., *de Præsumpt.*, 139, n. 11 e 13, se persuadiram que bastavam quitações dos tres ultimos semestres; porém Tondut., *de Pension.*, C. 3, n. 30, exige quitações de tres annos ou seis semestres, e esta opinião seguc Clericat., supra, n. 4.

Nota: Admittida a opinião do transcripto Barbosa, que concede dez dias ao titular para provar suas excepções, n'elles se poderá provar tambem por testemunhas a solução da pensão, não excedendo cada semestre a quantia da Orden., L. 3, Tit. 59. E quaes requisitos devam concorrer para pelas tres quitações dos tres precedentes annos se deverem julgar sa-

tisfeitas as pensões dos annos atrazados, vejam-se Silv., ad Ordin., L. 3, Tit. 25, in pr., a n. 89, Harprectr., Vol. 3, Disp. 64, *de Solutione conjecturata*, a n. 192 ad 225, ubi ex profess. Guerreir., Tr. 4, L. 2, C. 10, a n. 101.

§ 218

Terceira: Quando se oppõe compensação, comtantoque não dependa de provas de alta indagação; Begnudell., verbo *Pensio*, n. 52; como quando se não justifica logo com documentos, que por si provem a divida compensada ex Silv., ad Ordin., L. 3, T. 87, § 1, n. 14. E aindaque se não admitte aqui compensação quando a pensão é reservada para alimentos do pensionario, entende-se quanto aos futuros, mas não quanto aos preteritos; porque estes admittem compensação, comtantoque a divida compensada seja liquida, Tondut., *de Pension.*, 51, a n. 11: Estas mesmas distincções faz ex professo Bersan., *de Compensat.*, Cap. 2, Q. 7, a n. 9 et Q. 8.

Nota: Admittida a praxe do transcripto Barbosa, se poderá nos dez dias provar por testemunhas a divida compensada, comtantoque se verifiquem os requisitos da Orden., L. 4, T. 78.

§ 219

Quarta: Supposto que alguns DD. rejeitam a excepção da extincção da pensão fundada na profissão religiosa do pensionario; e isto porque (dizem elles) esta excepção depende da alta indagação, possibilidade de se ter prevenido o religioso com dispensa para continuar a percepção da pensão n'esse estado, Salgad., *de Reg. Protect.*, P. 3, C. 3, n. 77, Tondut., *de Pension.*, C. 51, a n. 5, Garcia, *de Benef.*, P. 1, C, 5, a n. 548. Comtudo esta conclusão procede, quando o religioso, depois de o ser, estava na posse de exigir a pensão, tendo-lhe sido possivel no meio tempo obter dispensação, como bem declara

Garcia, supra, n. 553. E o mais é, que se o pensionario religioso mostrar dispensação, mas ainda não justificada, esta excepção suspende a execução, Garcia, supra, n. 557, 558, 559. Confira-se Begnud., verbo *Pensio,* 59, Vot. Et pone, Salgad., supra, n. 78 e 79.

§ 220

Quinta: O mesmo procede, quando o pensionario contrahiu matrimonio, e por isso perdeu a pensão; porque se se lhe oppõe a excepção da extincção provada logo com certidão do seu casamento, suspende a execução, a menos que o pensionario depois de casado não tivesse posse de receber a pensão n'esse estado, e por tempo consideravel, em que lhe fosse possivel obter dispensa. Este caso, conforme fraternisa com o antecedente no sentimento dos citados Garcia, Begnudell. e Salgado. Mas e mais terminantemente a Rot. *in Mantiss.*, ad Card. de Luc., Liv. 13, Decis. 74 e 75, aonde se denegou a manutenção a um pensionario depois de casado, apesar de qualquer posse, só porque não mostrou um indulto claro e indubitavel. Veja-se o Card. de Luc., *de Pension.,* Disc. 45, n. 2 e 3.

§ 221

Sexta: Se na execução se oppõe a excepção da nullidade d'esta pensão, por se não fazer menção de outra antecedente, com que estava gravado o beneficio, e esta excepção se prova logo *in continenti* com a bulla da antecedente pensão, suspende a execução, como contra Garcia, supra, a n. 560, sustentam Salgad., *de Reg. Prot.*, P. 3, C. 3, a n. 52 ad 60, Begnudell., supra, n. 60, Vot. Nisi Titularis. Conf. Card. de Luc., *de Pension.*, Disc. 4, n. 5. Veja-se a Rot. *in Mantiss.*, ad Luc., L. 13, Decis. 54, 55 e 56.

§ 222

Setima: Se a pensão foi concedida para o estado ecclesiastico, com a condição *cum primum caractere Clericali fuerit insignitus,* condição que primeiro se deve justificar antes de perceber a pensão (§ 91), n'este caso ou o pensionario não tem posse de receber a pensão no estado secular, ou a tem; se não tem posse, e usa do remedio executivo, de que estou tratando, é repellido emquanto se não habilita clerigo, Tondut., *de Pension.,* C. 50, n. 83 e 84; se tem posse de exigir a pensão no estado secular, o mesmo Tondut., C. 52, n. 21, lhe concede o remedio possessorio da manutenção. Porém Barbos., Vot. 91, juntas as doutrinas do Vot. 5, n. 40, lhe denega ainda esse remedio, e não menos Clericat., *de Benef.,* Discord. 11. Veja-se o aresto apud. Peg., Tom. 7, For., C. 226, sub n. 107.

§ 223

Oitava: Se o pensionario procede por monitorio com censuras contra o titular, e este no termo que se lhe assigna allega e prova a sua total pobreza e impossibilidade, não se deve proceder contra elle com censuras, Tondut., *de Pension.,* Cap. 52, a n. 24.

Nota: Esta resolução se encontra com a commum de que o titular não gosa do beneficio do Cap. Oduardus., *de Solut.,* ou do beneficio, chamado da *Competencia,* quando é executado por pensão imposta no beneficio; e ou deve demitti-lo, ou pagar a pensão, sem que possa n'este caso pedir alimento, Tondut., *de Pension.,* C. 21, a n. 5 ad 10, Antonell., *de Jurib. Clericor.,* L. 1, P. 2, C. 15, n. 12, Clericat., *de Benefic.,* Discord. 54, n. 33, (quidquid involvant Begnudell., verbo *Pensio,* n. 38, Jul. Capon., Discept. 253, n. 10). Esta, que parece collisão, só póde conciliar-se, dizendo-se que a pobreza do titular, e a impossibilidade o escusa da comminada excommunhão; mas não o escusa de demittir o beneficio, ou o reddito d'elle ao pensionario para se pagar da pensão. Se

o titular tem outros crédores, lá se avenha com elles em concurso o pensionario. Veja-se sobre esta Nota Barbos., *de Pension.*, P. 2, Q. 16.

§ 224

Nona: Já vimos (Cap. 24) que a pensão se extingue pela remissão gratuita do pensionario no todo ou em parte. Se pois d'ella consta por instrumento publico, e se oppõe por excepção n'esta via executiva, a suspende, não assim se depende de alta indagação, Tondut., *de Pension.*, C. 51, a n. 8, Posth., *de Manut.*, Observ. 64, a n. 6, Rot. *in Mantiss.*, ad Card. de Luc., Liv. 13, Decis. 67. E isto aindaque a cassação da pensão, de que consta, seja susceptivel de alguma duvida, e aindaque a extincção ou cessão da pensão se fizesse por procurador sem excesso do mandato, optime, Rot., supra. Conf. Tondut., *de Pension.*, Cap. 56, n. 16.

§ 225

Decima: Supposto que a demanda preventiva da parte do titular sobre a nullidade da pensão não obsta a esta via executiva, que póde proseguir emquanto se não decide a ordinaria sobre a validade da pensão, Barbos., *de Pension.*, Q. 2, n. 9 e n. 69, Begnudell., verbo *Pensio*, n. 33, Salgad., *de Reg. Protect.*, P. 3, C. 3, a n. 41. Comtudo, se o titular n'essa acção ordinaria obtem primeira sentença favoravel, que fira a validade da pensão, póde a todo o tempo oppor esta excepção na via executiva, ou na primeira, ou em outra que se reiterar pela mesma pensão, Tondut., *de Pension.*, C. 54, n. 13, Ridolphin., *in Prax. Cur. Rom.*, P. 2, Cap. 9, n. 190.

§ 226

Undecima, e geralmente «Executioni Litterarum Apostolicarum locus non erit, nec etiam Clausula *sine retar-*

datione aut *sine prœjudicio Legitimæ executionis* effectum suum operabitur, quoties ex ventre Litterarum constat, et apparet ex ejus inspectione vitium, seu nullitas Pensionis, seu aliqua alia exceptio, quæ hanc impediat executionemillarum», Salgad., *de Reg. Prot.*, P. 3, C. 3, n. 26.

E aindaque o mesmo Salgad., n. 29, limita «nisi adsit quasi possessio exigendi Pensionem; quia tunc non obstante, quod exceptio oriatur ex ventre Bullæ, effectus dictæ Clausulæ *Sine retardatione* non expeditur»; comtudo Salgad., no n. 30, declara esta limitação, ut ibi: «Nisi ipsa possessio esset turbida, et non clara, vel Pensio soluta fuisset per compulsionem, et metu censurarum, ut tunc non constituit eum in quasi possessione, etc.»

§ 227

Tambem e geralmente diz o mesmo Salgad., n. 36: «Si citatus comparens allegaverit contra executionem aliquam Legitimam exceptionem, velut solutionis remissionis Pensionis, aut redemptionis factæ Auctoritate Papæ, vel similem aliam notoriam, seu evidentem, quæ in continenti posset probari, nec longiori indagine indigeret; et tunc debet Judex brevem terminum ei assignare, cum sit in continenti probanda, non decem dies quæ in Hispania conceduntur Executatis, sed maiorem vel minorem prout Judex arbitrabitur, Gig., *de Pension.*, q. fin., etc.»

§ 228

Duodecima: «Atque ita judicandum erit de exceptione à citato opposita, nempe se non possidere Beneficium, super quo Pensio reservata est, quia hæc, ut Legitima admittenda est, etc.» Emfim em todos os casos em que a pensão se extingue, póde excepcionar-se a extincção provando-se in continenti.

§ 229

Pelo contrario: todas as mais excepções que dependem de alta indagação se abandonam d'esta via executiva para a ordinaria (§ 215), como nos exemplos que figurou Salgad., *de Reg. Prot.*, P. 3, C. 3, n. 52: «Quando nullitas versatur circa extinctionem Gratiæ Pensionis; videlicet, quando Pensio fuerit reservata ex causa resignationis, aut cessionis juris, et litis, et disputatur de titulo, et Juribus Resignantis, vel de validitate concordiæ, quæ non impediunt, sed reservantur judicio ordinario». Conf. Garc., *de Benef.*, P. 1, Cap. 5, n. 546, declarando no n. 547, que «quando exceptio requirat altiorem indaginem relinquitur arbitrio Judicis».

§ 230

Rejeitadas assim as excepções, ou remettidas á via ordinaria, deve advertir-se com Garcia, *de Benef.*, P. 1, C. 5, a n. 575, que antes de se declarar incurso o titular (por não ter satisfeito a pensão, rejeitados os embargos, ou terem sido remettidos ao ordinario sem suspensão), se faz preciso que as letras se lhe intimem, com a pena de excommunhão; que o pensionario assim o requeira; que preceda declaratoria do juiz tambem intimada ou por editaes, etc. A formalidade d'essa sentença declaratoria a dá Tondut., *de Pension.*, Cap. 49, n. 18, e a fórma da sua execução a n. 33, ut ibi: «Lata deinde ac Sententia Declaratoria, et Litteris desuper expeditis affiguntur Cedulones, quibus dictus debitor excommunicatus declaratur in Locis consuetis. Deinde iste excommunicatus expectatur per decem dies, quibus elapsis, si adhuc persistat in contumacia, proceditur contra ipsum ad invocationem Brachii Sæcularis cum termino decem dierum ad videndum interdici: Quarto ad videndum Brachium Sæculare decerni. Singuli isti termini sunt ad primam, vel etiam per totam cum intervallo ab uno ad alium a Singulorum publica-

tione. Decernuntur ultimo Loco Litteræ super invocatione Brachii Sæcularis ad hoc ut debitor cogatur per detentionem bonorum, etc. prout diffusius explicat Vestr., *in Prax. Cur. Roman.*, L. 8, C. ult., n. 19 e 20».

